UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Ordinatione Clericorum. Tit. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-62002

Visual Library

*diam noſtram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores ſunt, nec facere nos poſſe credendum eſt. l. ſi filius. 15. ff. de condit. inſtit.*

# TITULUS XIV.

## De Ordinatione Clericorum.

### SUMMARIA.

1. *Ordinatio quid.*
2. *Quotuplex.*
3. *Poteſtas ordinandi apud Epiſcopum.*
4. *Alteri à Papa delegari non poteſt.*
5. *Reſtringe ad majores Ordines.*
6. *Quid ſi Epiſcopus careat Epiſcopatu.*
7. *Epiſcopus tantum ordinat ſuos.*
8. *Qui tales ratione originis.*
9. *Domicilii.*
10. *Beneficii.*
11. *Quando hoc procedat.*
12. *Poteſt Epiſcopus iſtis reſpectibus literas dimiſſorias concedere.*
13. *Qui ab Epiſcopo originis, domicilii, aut beneficii ordines accepit ab alio denuo ordinari non poteſt.*
14. *An inter ſuos Epiſcopus numerent familiares.*
15. *An Epiſcopus Titularis.*
16. *Quid de Epiſcopo ordinante alterius Diœceſeos ſubditum ſine dimiſſionalibus.*
17. *Ordinare debet Epiſcopus in Diœceſi ſua. Et Cur.*
18. *An excipienda prima tonſura.*

19. An

19. *An Epiſcopus Græcus Latinum, & viciſſim ordinare poteſt.*
20. *An Epiſcopus Italiæ Ultramontanum.*
21. *Papa poteſt cujuſcunq; ſubditos.*
22. *Literæ dimiſſoriæ quid.*
23. *Quotuplices.*
24. *Quis dat eos. Qui non.*
25. *Dandæ non niſi ex cauſa; quæ inſerenda.*
26. *Datæ quando exſpirant.*
27. *Sine illis quando quis ob alieno Epiſcopo ordinari poſſit.*
28. *Eæ quomodo formandæ.*
29. *Quomodo differunt à Commendatitiis.*
30. *An denegari poſſint Beneficiatis.*
31. *Inviti non ordinandi.*
32. *Minores ordines conferunt alii Prælati, ſed ex privilegio.*
33. *An Cardinales, & quibus.*
34. *An primam tonſuram Parochi.*
35. *Quid, ſi quis acceperit Ordines ab ordinandi poteſtatem non habente.*
36. *An ordinatio reiterari poteſt.*

IN jam enarratis Ordinibus nulli ſunt, niſi per *conſecrationem ordinentur.*

*Ordinatio*, eſt perſonæ Eccleſiaſticæ conſecratio, per quam gratia & poteſtas obeundorum Eccleſiaſticorum munerum confertur. 1

Eſt vel *major*, quæ *majores ordines*; vel *minor*, quæ *minores* continet. 2

Utriuſque conferendi poteſtas eſt jure directo & proprio apud *Epiſcopum*, ſive majorem prælatum, Epiſcopalem conſecrationem licet non Epiſcopatum habentem. Eſt enim proprium Epiſcoporum offi- 3

 cium.

cium. *can. perlectis. diſt.* 25. *Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *&* 7. *Barbo*
*de poteſt. & offic. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 3. *num.* 2. *Covar. lib.* 1. *var. reſolu*
4 *cap.* 10. *num.* 9. *&* 10. *Azor. Inſt. moral. lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 4. Ad
ut illud ne quidem à Papa, alteri poſſit delegari, non Epiſcopo: *d. Con*
*cil. Trident. d. loco cap.* 8. *D. Thom. in* 4. *ſentent. diſt.* 7. *Covarr. d. loc. D*
*Gloſſ.* 1. *in c.* 4. *de conſuet. Zæſ. in com. ad tit. de tempor. ordinat. & qual*
*ordin. num.* 7. *vid. Marchin. de Sacram. Ordin. tract.* 1. *part.* 2. *cap.*
*cum ſeqq. Alzed. in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 5. *de ordinatione. num.* 5.

5 Notandum tamen hoc quod dicimus, ad *majores* eſſe reſtringe
dum *Ordines*; *Minores* enim, ut vidimus & videbimus, & à Mino
bus Epiſcopis, conferri poſſunt.
6 Deinde quod diximus *quemcunq; Epiſcopum poſſe conferre Ordin*
*licet non habeat Epiſcopatum*, expoſitionem recipit duplicem. Nem
*primò* hanc: Aut depoſuit non ſolum Epiſcopatum, ſed & dignitatem
& tunc ordinandi poteſtas reſtringitur tantummodò quoad officii ex
cutionem ad minores Ordines; in majoribus tantum confert characte
rem, non etiam officii executionem: Aut depoſuit quidem Epiſcop
tum, ſed retinuit Dignitatem, & tunc non ſolum in majoribus chara
cterem, ſed & officii quoque confert executionem. *c.* 1. *de ordin. a*
*Epiſc. qui renunc. Hieron. ver. in Examine Epiſcop. lib.* 1. *cap.* 12. *num*
14. *Barboſ. per Dd. alleg. in lib.* 1. *Juris Eccleſ. Univ. cap.* 33. *num.* 13.
*deat. & Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 291. *num.* 50. *cum ſeqq. Secund*
hanc, Quod ut à quocunque Epiſcopo character & executio officii co
feratur ſimul, exigi non ſolum dignitatem, ſed & juriſdictionem, &
quidem talem, quæ aut non cedatur, aut habenti, per cenſuras non ſu
pendatur. *c. fin. de ordin. ab Epiſc. qui renunc.*

7 Non ſufficit Epiſcopum conferre ordines, ſed & *conferre* debe
*ſuis*, id eſt, iis qui ſunt de *ſua diæceſi*, ſed juriſdictione ordinaria; *can*
*Epiſcopus.* 17. *quæſt.* 1. *c. cum nullus. c. fin. de tempor. ordin. in* 6. *Conc.*
*Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *ſeſſ.* 23. *cap.* 8.

Tales *in d. c. cum nullus.* dicuntur tripliciter, aut *ratione originis*,
aut *domicilii*, aut *beneficii Eccleſiaſtici*, quod *poſſident. Ricc. in praxi Sa*
*Ordin. deciſ.* 297. *& ſeqq.* 15. *Torreblan. in practicab. Juris Spiritual. lib.*

2. cap.

*2.cap.12.num.7. Barboſ.d.lib.1.& cap.num.20. Zypæus.in Jur.Pontif.
novi Analyt. Enarrat. tit. de ordinand.*

*Nati in diœceſi*, ut ab Epiſcopo ejus ordinari poſſint, dicuntur, qui 8
in ea venerunt in lucem; *Gloſſ.in cap.1. verb.alienigenas. de uſur.in 6.
Piaſec.prax.Epiſcop.part.1.cap.1. Campan. in diverſ.jur.Canon.rub.9.
cap.8.num.9. Squillante de privileg. Cleric.cap.4.num.260.* quorum pa-
ter ibi natus, licet aliunde oriundus; *Navar.conſ.19.de tempor.ordinand.
Zerola in praxi Epiſcop.parte 2.verb.dimiſſoriæ.pag.20. Comitol.reſponſ.
moral.lib.6.qu.45.* aut, tempore nativitatis filii, ad diœceſim aliam
tranſtulerit domicilium; *S.Congreg. Concil. in Viciagaen.12.Auguſt.
1618.& 7.Aprilis 1629. Barboſ.d.lib.1.& cap.num.24.* qui in ea di-
œceſi baptizati, licet in alia nati. *Piaſec.d.part.1.tit.1.num.9. Zypæus
d.tit.num.4.*

*Ratione domicilii*, Domicilariis ordines conferre poteſt Epiſco- 9
pus, qui in ſuæ diœceſeos loco aliquo degunt, animum in eo perpetuò
manendi habentes. *Navar.conſ.10.in antiq.& conſ.2.in novis.de tem-
por.ordinat. Riccius in fori Eccleſ.praxi.reſol.63. Ugolin.de offic.Epiſc.
cap.26.§.2. Campan.d.cap.8.num.18. Torreblanca d.lib.2.cap.13.
num.10.*

An autem animum habeant iſtum, colligendum ex eo, utrum il-
lic emerint domum, poſſeſſionemve aliam, utrumve conduxerint;
*Rota deciſ.150.incip.Domini dixerunt.num.8.part.2.diverſ. Proſper.
de Auguſt.ad Quarant.in Sum.Bullar. verb.Ordo. verſ.ita tertium.
Ugolin.d.§.2.num.2.* Si ſic; Utrum in locum illum majorem bono-
rum partem tranſtulerint, ibi contraxerint, dies feſtos celebraverint.
Sola enim domus aut emptio, aut conductio, aut partis bonorum
translatio, non facit domicilium. *c.dilectus de reſcript.c.ſi Epiſcopus.de
Paroch.d.c.cum nullus. Piaſec.d.cap.1.num.9.verſ.vel ſui. Ricc.d.re-
ſolut.263.num.2.*

Sed ad iſtas conjecturas tum demum recurritur, cum de animo
eorum dubitatur, verbis nunquam declarato, non minori tamen quam
decennii habitatione aſſidua oſtenſo. *Maſcard.de probat.concluſ.534.
num.7.per l.2.C.de incolis. Piaſec.& Ricc.dd.loc. Menoch.de arbitr.caſ.
86.num.13.* Aliàs ubi de voluntate conſtat, eo ipſo, abſque temporis
lapſu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lapſu ullo, acquiritur domicilium: *Abbas in c. fin. num. fin. de Paroch. Bald. conſil. 313. num. 1. lib. 4. Corn. conſil. 209. num. 1. in fin. lib. 1. Squillante de privileg. Cleric. cap. 4. num. 243. Rota deciſ. 150. num. 7. part. 2. diverſ. & deciſ. 188. num. 3. part. 2. recent.*

Nec ad domicilii mutationem Epiſcopi requiritur licentia. *d. c. fin. ubi Abb. num. 1. de paroch. Ugolin. d. cap. 26. §. 2. num. 2. Campan. d. cap. 8. num. 25.*

Tenentur tamen hujuſmodi Domiciliarii teſtimonium portare veritatis, circa mores, ſufficientiam, ac natalitia; niſi ab annis teneris fuerit translatum domicilium, & illic habitatio uſque ad promotionis tempus continuata. *Concil. Trident. d. ſeſſ. de reform. 23. cap. 5. Barboſ. d. lib. & cap. num. 31.*

10 *Ratione Beneficii Eccleſiaſtici* illud obtinens ordinari poteſt ab Epiſcopo Diœceſis, in qua illud habet, ſeu ab alio de ejus licentia, quamvis ei alio non ſit ſubditus modo. *d. c. cum nullus. Ugolin. d. cap. 26. §. 3. Garcias. de benefic. part. 2. cap. 4. à num. 1. Ricc. d. tract. reſolut. 258. in 2. Edit. aliiq; citati per Barboſ. d. lib. & cap. num. 32.*

11 Quod procedit multipliciter. *Primò;* Debere Ordinandum beneficium, licet abſque titulo juſto, poſſidere; *Riccius part. 2. deciſ. 188. Squillante de privileg. Cleric. cap. 4. num. 233. Garcias de benefic. part. 2. cap. 4. num. pen. & ult.* *Secundò;* Poſſe Epiſcopum cum eo in interſtitiis, illegitimitate ad minores ordines, diſpenſare, *Garcias d. cap. 4. num. 14. Squillante d. cap. 4. num. 244.* *Tertiò;* Sufficere poſſeſſionem beneficii non requirentis reſidentiam; *arg. d. c. cum nullus. Piaſec. d. cap. 1. num. 10. verſ. Secundò. Bonacina de Sacrament. diſput. 8. quæſt. un. puncto 4. præpoſ. un. num. 14. Campan. d. cap. 8. num. 12. Sanch. de matrim. lib. 7. cap. 1. dub. 23. num. 7. Diſſ. Leſſius. lib. 2. de juſt. & jur. cap. 34. dub. 19. num. 92. Scip. de Rubeis in Aphoriſm. Epiſcop. verbo Ordo. 18.* *Quartò;* Sufficere poſſeſſionem præſtimonii: *ſecund. Henriq. in ſum. lib. 10. cap. 22. §. 1. in commento. lit. H. Campan. d. cap. 8. num. 19. verſ. & qui. Ricc. d. tract. reſolut. 258.* *Quintò;* Sufficere beneficium haberi in commendam; *Garc. d. part. 2. cap. 4. num. 10. Squillante d. cap. 4. num. 242.* *Sextò;* Non obeſſe, quod beneficium certum ordinem habeat annexum; *Franch. ad d. c. cum nullus. num. 3. Ricc. in prax.*

auro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*aurea. reſol.* 49. *num.* 3. *Septimò;* Quod ſit tenue; *Garcias dicta parte*
2. *cap.* 4. *num.* 8. *Campan. d. cap.* 8. *num.* 12. *Diſſ. Ugolin. de offic. Epi-*
*ſcopi cap.* 26. §. 3. *in fine. Riccius in d. praxi Eccleſiaſt. fori. reſolut.* 260.
*Octavò;* Quod ordinandus habeat plura beneficia in diœceſibus diver-
ſis: *Anchar. ad d. c. cum nullus. num.* 1. *verſ. circa ſecundum. Campan.*
*d. cap.* 8. *num.* 14. *Nonò;* Quod beneficium, quoad proviſionem,
alteri Epiſcopo ſit ſubjectum. *Proſp. de Auguſt. in addit. ad Quarant.*
*verbo Ordo. verſ. circa ſecundum. Garcias d. cap.* 4. *num.* 15. *Campan. d.*
*cap.* 8. *num.* 15.

Non procedit autem, Si beneficium obtentum aut fuerit in frau-
dem; *Piaſec: d. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. *verſ. ratione beneficii. Ricc.*
*d. tract. reſolut.* 262. *Novar. in ſingular. jur. Canon. concluſ.* 2. *num.* 21.
aut ex cauſſa penſionis: *Ugolin. d. cap.* 26. §. 3. *verſ. excipitur tamen*
*primò. Riccius. d. tract. reſolut.* 261. *A Cuccha ad princ. diſt.* 71. *num.*
9. aut ordinandus habeat præbendam temporalem. *Ricc. d. tract. re-*
*ſolut.* 49. *num.* 3. *Barboſ. d. lib.* 1. *jur. Eccleſ. univ. cap.* 33. *à num.* 33.

Sicut verò poteſt quis ordinari ab Epiſcopo originis, domicilii, 12
beneficii, ita poteſt etiam à quolibet eorum *literas* accipere *dimiſſorias*;
ut ab alio valeat ordinari. *Molfeſſ in ſum. Theolog. moral. tom.* 1. *patr.*
2. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 21.

Quodſi verò ſubditus aliquis ſive ratione originis, ſive domici- 13
lii, ſive beneficii; ordinem ſuſceperit ab uno Epiſcopo, ordines alios
ab alio ex dictis Epiſcopis ſuſcipere non poterit. *Archid. in c. ne ca-*
*ptandæ. de conceſſ. præbend. Achil. de Graſſis deciſ.* 13. *de penſion. Molfeſ. &*
*cap.* 2. *num.* 10. *Diſſ. Zipæus in conſult. canon. lib.* 1. *de ætat. & qualit.*
*ordin. conſ.* 3. *Diana moral. reſolut. part.* 6. *tract.* 7. *reſolut.* 35.

Inter ſubditos Epiſcopi ſolebant etiam numerari ejus *familiares*, 14
*propterea que*, eos ordinare poterat; indifferenter; ſed Concilium Tri-
dent. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 9. requirit familiaritatem annorum trium;
& quidem continuam, *Campan. d. rubr.* 9. *cap.* 9. *num.* 12. *Novar. d.*
*concluſ.* 103. *num.* 3. *Scipio de Rubeis in Aphoriſ. Epiſcop. verbo familia-*
*ris triennalis. num.* 1. præſentem, *Majol. de irregular. lib.* 4. *cap.* 2. *num.*
5. *Frat. Emman. in Sum. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. *Piaſec. prax. Epiſc.*
*part.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. *aliiq. allegati per Barboſ. d. lib.* 1. *& cap.* 33. *num.*

46. & 47. Sufficit tamen incepiſſe ante Epiſcopatum adeptum. *Riccius in collect. deciſ. collect. 596. verſ. amplia quinto & in praxi deciſ. 309. in prima; in 2. edit. reſolut. 268. tit. 1. Garc. d. tract. part. 1. cap. 5. num. 83.*

Epiſcopo aſſerenti aliquem eſſe familiarem ſuam non creditur. *Riccius. in praxi deciſ. 309. aut reſolut. 167. num. 2.*

Tenetur autem Epiſcopus familiari ſuo triennale, ut eum poſſit ordinare, quacunque fraude ceſſante, ſtatim aut paulò poſt, conferre beneficium; *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 5. in princ. & d. lib. & Cap. Jur. Eccl. Univ. num. 45. & 50.* & quidem ſitum in ſua diœceſi: *S. Congreg. Concil. ſub die 22. Aprilis. 1617. Barboſ. d. alleg. 5. num. 11.*

Non poteſt tamen Epiſcopus cum familiari ſuo triennali, alias non ſubdito, ſuper illegitimitate, etiam ad minores Ordines, nec ſuper interſtitiis, diſpenſare. *Barboſ. d. lib. & cap. num. 14.*

Quod diximus Epiſcopum poſſe ordinare familiarem ſuum, non
15 pertinet ad Epiſcopum Titularem; Nec enim is, cujuslibet familiaritatis, aut continuæ commenſalitatis ſuæ prætextu, aliquem abſque
proprii Prælati conſenſu expreſſo aut litteris dimiſſoriis, ordinare poteſt.
*Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 2. Scip. de Rubeis. d. verb. familiaris triennalis. num. 4. Barb. d. loc. num. 53.*

Epiſcopus porrò alienæ diœceſis ſubditum ordinare poteſt,
16 ſed non abſque ſuperioris licentia; per litteras dimiſſorias; c.
2. *de tempor. ordin. in 6.* (de quibus poſtea;) Alioquin Epiſcopus
ordinans ab exercitio Pontificalium, ordinatus ab executione Ordinis
ipſo jure ſuſpenditur, quamdiu Ordinario videbitur. *Concil. Trident.*
8. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8. & 4. cap. eos qui 2. & ult. eod. in* 6. licet olim
deponeretur *can. nullum. 19. qu. 2.* poſtea per annum à collatione Ordinum ſuſpenderetur. *d. c. eos qui. & c. ult. Barboſ. d. lib. & cap. num. 54. Vallenſ. in parat. ad decret. ad tit. de tempor. ordin. §. 3. num. 3.*

Hinc tonſuratus ab alieno Epiſcopo non eſt ad beneficia habilis, perinde ac ſi tonſuram non haberet, *c. fin. de Cler. excom. miniſtr. & Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5.* Quia paria ſunt, non habere tonſuram, & habere inutilem. *Rebuff. de formula dimiſſoriar.*

22. Val

22. *Vallenſ. d. loco. Covar. lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 20. *num.* 9. *Navar. conſ.* 19.

17 Debet Epiſcopus etiam conferre Ordines in *Diœceſi ſua*, non ſine conſenſu loci Ordinarii, in aliena *can.* 1. *nullus alterius. can.* 3. *nullus primas.* 9. *qu.* 1. Nec enim ea res eſt voluntariæ jurisdictionis. Cum non conferantur Ordines, niſi ab Epiſcopis celebrantibus, & Epiſcopali habitu indutis. Ita ut ea judiciarium contineat ſtrepitum, ideòque in aliena non exercenda provincia: *Gloſſ. in Clem.* 1. *de privileg. Cler. Concil. Trident. ſeſſ. cap.* 5. *de reform. Covarr. & Navarr. d. loc.*

18 Excipi debere primæ tonſuræ collationem videtur, cum ea omninò videatur eſſe jurisdictionis voluntariæ, quæ etiam in aliena exercetur provincia, judicis loci non petita veniâ, & conferatur ſine Pontificalibus. Sed Concilium Tridentinum *d. ſeſſ. & cap.* 5. & eam comprehendit ſub regula, nè oriatur inter jurisdictionem & diœceſes confuſio. *Covarr. d. loc. Zoeſ. in comm. ad tit. de tempor. ordin. num.* 10. & ne indigni atque ignoti promoveantur ad Ordines. *Barboſ. d. lib. & cap. num.* 66.

19 Et nè rituum fiant commixtiones, non poſſunt Græci à Latinis, aut contra, ubi eorum ritus differunt, ordinari. *c. cum ſecundum.* 9. *de tempor. ordinand.*

Quodſi Græcus Epiſcopo Latino ſubjectus ordinetur à Græco ſine Latini licentia, ei interdicitur executio; ſin de Latini licentia, toleratur. *c. quod translationem.* 11. *eod.*

20 Epiſcopi quoque Italiæ prohibentur ultramontanum, qui Epiſcopi ſui habere non poteſt litteras, ſine Papæ conſenſu, ordinare. *c.* 1. *de tempor. ordinand. in* 6. Niſi ſit regularis. *S. Congreg. negot. Epiſcop. & Regular. præpoſ. ſub die* 30. *Decemb.* 1617. *Papa Urbanus VIII. conſtit. incipit. Secretis ſub dat.* 11. *Decemb.* 1624.

21 *Summus* verò *Pontifex*, ob ſummam, quam in univerſam habet Eccleſiam poteſtatem, poteſt cujuslibet Eccleſiæ Clericos ordinare; *can. per principalem.* 1. *quæſt.* 1. *can. penult. & ult.* 9. *qu.* 3. nec poteſt Epiſcopus eum, quem ipſe ad Diaconatum vel Subdiaconatum promoverit, ſine Ejus licentia ad majores promovere ordines. *can. filium.* 1.

 *qu.* 1.

*qu. 1. c. in diſtribuendis. de tempor. ordinand. Gochier. de jurisdict. ordin. in exemptos. part. 1. quæſt.* 21.

Sed ut hæc intelligantur melius, dicendum de *Litteris dimiſſoriis*; Nam, ut diximus, Epiſcopus alienæ diœceſeos non poteſt, abſque Superioris ejus licentia, ordinare ſubditum.

22 *Litteræ dimiſſoriæ* ſunt, quibus alicui, ſed petenti, *can. 1. diſt. 72.* fit poteſtas ſuſcipiendi ordinis ab alio, quam à proprio Epiſcopo.

23 Sunt vel *Speciales*, vel *Generales*.

*Illæ*, in quibus exprimitur quod quis ordinari poſſit à tali vel tali Epiſcopo, & tum ab alio, quam expreſſo ordinari nequit; unius enim expreſſio, alterius eſt excluſio. *c. nonne. de præſumtion.*

Ideò ſi Epiſcopus in litteris dimiſſoriis nominatus, quia impeditus nequeat conferre ordines, eosque in ſua diœceſi conferri curet per alium, non poteritis ordinare niſi perſonas ſubjectas Epiſcopo, licentiam danti. *Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. Zerola. d. loc. verb. Abbas. Vallenſ. d. cap. §. 4. num. 2.*

*Hæ* ſunt, in quibus perſona non exprimitur; veluti quod à quolibet Epiſcopo quis ordinari poſſit.

Continere debent hæ litteræ. *Ordines*, qui vigore illarum conferendi ſunt; aliàs per facultatem recipiendi ordines minores, vel ordines tantum, non comprehenderentur majores. *arg. c. 1. de tempor. ordin. Vallenſ. d. loc. num. 2.*

24 Eas dare *primò*; poteſt *Pontifex Summus*, & quidem Chriſtianis omnibus, *c. 1. eod. in 6. ibi. niſi à nobis.* propter primatum. *can. cuncta per mundum 9. qu. 3.*

*Secundò*; *Proprius Epiſcopus* ſuis ſubditis; ſive ſit Epiſcopus originis, ſive domicilii, ſive ratione beneficii. *d. c. cum nullus. eod. in 6.* modò tamen de probitate morum, ſufficientia ordinandi, ſufficientem habere poſſit informationem. *Vallenſ. d. loc. §. 4.*

*Epiſcopi verò* ſuperior ſeu *Archiepiſcopus* non poteſt Metropolitano *jure*, Epiſcopi ſubditis dare dimiſſorias. *Dd. commun. add. c. cum nullus.*

*Prælati Epiſcopis inferiores*, ſive ſint *Religioſi*; ſive *ſeculares*, non poſſunt ſimiliter ſubditis ſuis dare dimiſſorias, citra ſpeciale Apoſto-

lica

licæ Sedis indultum; *c. 3. eod. in 6. Concil. Trident. d. ſeſſ. 23. de reformat. cap.* 10. Niſi id faciant ex legitima conſuetudine; *Rebuff. in praxi benef. tit. de litteris dimiſſoriis num.* 6. vel niſi Epiſcopus hanc poteſtatem vicario ſuo, etiam generali, dederit mandato ſpeciali; *Piaſec. praxi. Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 13.* vel Epiſcopus abſit longè, nec ejus ſperetur reditus brevi; *d. c. cum nullus. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 7. num. 9. Vener. in exam. Epiſc. lib. 1. cap. 16. num. 12. Alzed. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 87.* Nam hoc caſu eas dare poteſt ipſius in ſpiritualibus vicarius generalis: *Vallenſ. d. loc. §. num. 3.*

Poteſt & *Capitulum Sede vacante*, mortuo ſcilicet Prælato vel ab hoſtibus capto, eas dare. *d. c. cum nullus.* Atque tamen non nihil per Concilium Tridentinum partim *ſeſſ. 7. de reformat. cap.* 10. partim *ſeſſ. 25. cap.* 16. eſt receſſum, prout ibi videre licet. *Vallenſ. d. loc. vid. Stephan. Gratian. diſcept. forens. cap. 123. Campan. in diverſ. jur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 4. Barboſ. d. part. 2. alleg. 7. num. 8.*

Sed & ab eodem Concilio ſtatuitur, *d. ſeſſ. 7. cap.* 11. ne faculta- 25
tes de promovendo à quocunque datæ ſuffragentur, niſi habentibus, quominus à Proprio ordinari poſſint Epiſcopo, cauſſam legitimam, qualis eſt morbus. *d. ſeſſ. 23. cap.* 3. & omne legitimum & juſtum impedimentum. *Zerola in praxi Epiſc. part. 1. verb. dimiſſoriæ ad 5. verſ.* in litteris exprimendam; *Piaceſ. d. part. 1. cap. 1. num. 12. Campan. d. rub. cap. 7. num.* 4. Quodque tunc non ordinentur niſi ab Epiſcopo, in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Epiſcopalia exercente, & prævio diligenti examine. *d. ſeſſ. & cap.* 8. Nam ſicut non poteſt ordinare alienæ diœceſeos ſubditum, ita nec exercere pontificalia, etiamſi cujuſvis privilegii prætextu; *can. 1. 3. 6. 7. cauſ. 18. qu. 2. d. Conc. Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap.* 5. niſi de Ordinarii loci expreſſa *licentia*, & in perſonas eidem Ordinario ſubjectas tantum. Alioqui ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium; & ſic ordinati, ab executione Ordinum ſunt ſuſpenſi. *d. Conc. Trident. d. c. 5. Vallenſ. d. §. & num.*

*Litteræ* verò *dimiſſoriæ* ſive ab Epiſcopo, ſive alio legitimè con- 26
ceſſæ, non exſpirant naturali morte vel civili, vel finita poteſtate concedentis; niſi revocentur per ſucceſſorem; *Navar. ad c. placuit. de*

*pænitent. diſt.* 6. *num.* 34. *&* 163. *Cardinal. in Clement. fin. qu.* 5. *de electione.* Sic nec conceſſæ à Capitulo exſpirant Sedis vacatione finita. *Rebuff. de forma dimiſſoriar. Piac. d. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. *in fin. Vallenſ. d. loco.*

27 Ordinari tamen duobus caſibus quis poteſt ab alieno Epiſcopo ſine his dimiſſoriis; puta, Si proprius Clerici Epiſcopus, à ordinum collatione fuerit ſupenſus, eò quod alienos ordinaverit ſine licentia, & manifeſta ejus ſit ſuſpenſio. *c.* 2. *& ibi Gloſſ. de tempor. ordinand. in* 6. *Barboſ. d. lib.* 1. *jur. Eccleſ. univ. cap.* 33. *num.* 74. Si ordinandus triennio præſens cohabitavit Epiſcopo alieno; *ut antea dictum. Vallenſ. d. loco. in fin.*

28 In dandis *dimiſſoriis formam* à Canonibus introductam, *diſt.* 71. *per tot.* ſinguli *Epiſcopi* ſervare tenentur; quamvis hodie ea præciſe non *ſervetur. Barboſ. d. loco. num.* 74.

29 Differunt *dimiſſoriæ* à litteris *commendatitiis*, quod hæ ad effectum ſuſceptionis ordinum tantum dentur, illæ verò etiam dimittant à juriſdictione. *can.* 1. *d. diſt.* 73. *Piaceſ. d. loc. num.* 11. *in fine Azor. Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 49. *qu.* 1.

30 Non poteſt Epiſcopus denegare ordines aut dimiſſorias ei, qui obtinet beneficium, vel in dignitate Eccleſiaſtica eſt conſtitutus; *c. ex tenore. de tempor. ordinand.* niſi in eo deficiant qualitates requiſitæ, aut aliquod habeat Canonicum impedimentum; *de quibus infra.* Poteſt denegare aliis *c. ad aures. eod. fac. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 11. *de reform. cap.* 2. *in verbis; niſi illis, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos. Gloſſ. in c.* 2. *verb. viſum fuerit. de corpore vitiat. ordin.* Et à denegatione non conceditur appellatio. *Riccius in praxi rec. fori Eccleſ. deciſ.* 693. *in edit.* 1. *alias reſolut.* 587. *in edit.* 2. *Barboſ. d. lib.* 1. *& cap.* 33. *num.* 77.

Econtra Epiſcopus, ni velit, à celebratione Miſſarum, & ordinum collatione ſuſpendi per annum, non poteſt invitos, *princ. & can.* 1. *&* 2. *diſt.* 74. aut regulares contra Prælatorum ſuorum voluntatem, ordinare. *can. monachi. cum ſeqq.* 16. *qu.* 1. *c. ad aures de tempor. ordinand.*

Minorum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Minorum Ordinum, ut ſupra diximus, ordinatio, fieri poteſt 31
etiam à Prælatis, non Epiſcopis, *c. cum contingat.* 11. *de ætat. & qua-*
*lit. ordinand. c. veniens.* 18. *de præſcript.* idque non Epiſcoporum dele-
gatione, *Gloſſ. in can. pervenit. diſt.* 95. *Alzed. in praxi Epiſcop. part.*
2. *cap.* 5. *num.* 10. Sed Apoſtolicæ Sedis privilegio.

Ex quo habent Abbates perpetui, quod poſſint conferre primam
tonſuram, & quatuor minores ordines, *can. quoniam. diſt.* 69. *d. c.*
*cum contingat.* 11. ſed ſui duntaxat monaſterii monachis, & regulari-
bus ſibi ſubditis & in ſuo tantum monaſterio, & quidem poſt profeſ-
ſionem, ne exeant poſtea, & ſic fraus committatur, quæ præcavenda;
*c. Abbates. ubi Gloſſ. & Dd. de privileg. in* 6. *Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de*
*reformat. cap.* 10. *Rebuff. in praxi tit. de Cleric. & à quib. & quom. cre-*
*entur. num.* 17. etiam ſine Epiſcopi examine; *Navar. conſ.* 14. *de privi-*
*leg.* modò tamen ipſi ſint Presbyteri, & impoſitionem manuum ac-
ceperint ab Epiſcopo. *d. c. cum contingat. d. c. Abbates. can.* 1. *diſt.* 69.
*Anguian. de legib. lib.* 2. *contr.* 1. *num.* 70. *Sanch. in opuſc. moral. lib.* 7.
*cap.* 1. *dub.* 18. *num.* 5. *Alzed. d. cap.* 5. *num.* 8.

Cardinales quoque Presbyteri, tantum, minores ordines con- 32
ferre poſſunt Familiaribus ſuis, nec non Clericis ac Regularibus qui-
buſcunque ad ordinariorum ſuorum tantùm voluntatem. *Joan. in c.*
1. *num.* 14. *de ſupplend. neglig. Prælat. Zerola in praxi Epiſcop. part.* 1.
*verb. Cardinalis. num.* 7. *Alzed. d. cap.* 5. *num.* 9. *Marchin. de Sacram.*
*Ordin. tract.* 1. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 1. *Barboſa. de offic. & poteſt. Epiſc.*
*part.* 2. *alleg.* 2. *num.* 15.

Imò Abbas *in c. quanto num.* 9. *verſ. quinimò dico. de conſuet* vult 33
primam tonſuram conferre poſſe Presbyteros parochiales; Quemcun-
que ſimplicem ſacerdotem hoc poſſe, vult *Gloſſ. verb. lectoris. can. quo-*
*niam. diſt.* 69. nec non Archidiac. *in can. Pſalmiſta num.* 2. *in fin. diſt.*
23. *Innoc. in d. c. cum contingat. num.* 1. *ubi Hoſtienſ. num.* 2. Quorum
ſententiæ repugnat Eccleſiæ uſus. *Sot. in* 4. *diſt.* 25. *qu.* 1. *art.* 1. *ad* 2. *ar-*
*gum. Sanch. in conſil. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 19. *num.* 1. *Marchin. d.*
*tract.* 1. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. Rejicienda ergò.

Qui ordines accepit ab eo qui non habuit ordinandi poteſtatem, 34
id eſt, neque characterem, neque Officium conferendi, iterum, ſi
inveniа-

inveniatur idoneus, ordinari poterit. *can. Presbyteri. diſt.* 68. *can. Daibertum cum ſeqq.* 1. *qu.* 7. ut ſi dubium utrum is qui ordinavit, fuerit Epiſcopus: aut ſi ordinatus aut non, aut malè fuerit baptizatus, *can. ſi quis confugerit.* 1. *qu.* 1. *c.* 1. *cap. veniens. de Presbyter. uon baptiz.*

36 Alioquin ordinationis reiteratio interdicta. *can.* 1. *diſt.* 68.

# TITULUS XV.

## De temporibus ordinationum.

### SUMMARIA.

1. *Ordines conferendi certis temporibus.*
2. *Quibus minores.*
3. *Prima tonſura ad ordinantis libitum; & Cur.*
4. *Quibus temporibus majoribus.*
5. *An non & qui caſus excepti.*
6. *Unde, quod in diebus jejuniorum confirmantur.*
7. *Unde, quod in die ſabbathi.*
8. *Circa hæc tempora quæ poteſtas Pontificis.*
9. *Quid ſi ordinatio extra ſtatuta tempora facta.*
10. *Ordines accipiendi gradatim.*
11. *Quid ſi quis acceperit per ſaltum.*
12. *An diſpenſationi in eo locus.*
13. *Ordines Sacri per temporum interſtitia conferendi.*
14. *An & minores.*
15. *Quid hic per Concilium Tridentinum ſtatutum.*
16. *An diſpenſationi & curatis, hic locus.*